



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quis indignè communicat. tit. 104

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

saluatorē nostrū, petētes, vt ppter illū omniū nostrū  
miseretur, vt eius sanguis omnibus nobis profit &c.

Quartò, gratiarum actiones pro omnibus homini  
bus, pro acceptis beneficijs. Et sic in complendis post  
sumptionem Eucharistiæ. Et sic accidentalia. Missæ  
describuntur. 1. ad Timoth 2. vt testantur doctores,  
& hanc formam obseruat hodiè Ecclesia.

Tertiò, Essentiale igitur Missæ sunt verba CHRIS-  
TI, HOCESTCORPVS MEVM, HIC EST  
SANGVIS MEVS. Matth. 26. Omnia igi-  
tur alia quæ circa missam fiunt, vt orationes, cære-  
monia, vestimenta, gesta, crucis signaculum, &cæt. non  
sunt Missa, sed sunt ad maiestatem & ornatum sacra-  
menti ordinata, vt cum omni gloriofitate hoc officium  
Missæ celebretur. Hæc est forma celebrandi Mis-  
sam Catholicā. Nūcupent aduersarij testamentum,  
cœnam DOMINI, mensam &cæt. non cura-  
mus.

*QUIS INDIGNÈ  
communicat.*

TITVLVS CIIII.

**INDIGNA** notantur. Primò, Quis sit qui in-  
dignè scilicet communicat: Secundò,  
quòd talis delinquit in corpus & sangui-  
nem Christi: Tertiò, qua pœna plectan-  
tur tales.

Primò, Apostolus 1. Cor. 11. dicit: Probet seipsum  
homo, &cæt. Indignè manducat, qui scienter in ali-  
quo peccato manifesto contra legem Dei communi-  
cat, Gala. 5. vt impœnitens, adulter, yfurarius, odio-  
sus sectarius, &cæt. Tales enim etsi sacramentum ac-  
cipiunt, non tamen rem, id est, virtutem sacramenti  
accipiunt, sicut si Iudæus sine fide baptizetur, aut de-  
gloriat Eucharistiā, &cæt. Sic in peccatis cōmunicare  
nihil r' oderit, cum talibus nō vult mæere Christus.

Sl 4      Secundò

Secundò dicit Apostolus, quòd indignè commu-  
nicans, fit reus corporis & sanguinis Domini. Et no-  
rùm: sibi ipsi manducat iudicium, id est, damnationem.  
Hæc sunt dura verba. Sed hoc contingit multipli-  
ter: Primò, qui nò discernit inter alium panem & ca-  
num, & inter hoc sacramentum, quòd sub specie pa-  
nis & vini est verus Christus, i. caro & sanguis eius,  
ac diuinitas, vt Heretici negantes Eucharistia, & ver-  
ba Christi, Mat. 26. Hoc est corpus meum, aut qui il-  
le debita reuerentia tractat, & cetera. Sed quid est pec-  
care in corpus & sanguinem Christi? Respond. Est ab-  
uti donis Dei, vt qui vino se inebriat vsque ad vomitum,  
hic peccat in vinum bonum: Sic sacramentum  
bonū est, At tu illo vteris vel in peccato, aut per hoc  
accipis occasionem diuidendi charitatē, sicut fit  
propter communionem in specie vtraque & cetera. Ita  
fit vbi deberemus nos sanctificare & glorificare De-  
um, ibi peccamus, & corpus & sanguinem Christi ac-  
cipimus pro occasione, & sic in illud peccamus, & co-  
medimus iudicium, id est, condemnationem, & cetera.  
Audio in vobis schisma esse, 1. Cor. 11. Rom. 1. Reuelatur ira Dei, & cetera. id est, peccatis in sanctum corpus Christi, sicut Iudas tradendo & osculando, Matth. 26. cetera.

Tertiò, Apostolus docet quòd qui indignè manducat, sibi ipsi manducat iudicium, id est, damnationem æternam, si nò eum pœniteat. Subindè varia incommoda patietur & punitiones habebit in presentia. Et sic dicit, quòd multi sint puniti inter Corin. subitanea morte, & alijs infirmitatibus, propter indignam communionem. sic hodiè pestilentia, bella, infirmitates fiunt, quia non in charitate communicamus. Hoc autem facit Deus, id est, immittit tales plagas ne cum hoc mundo damnemur, 1. Cor. 11. vt pœnitentiam agamus. Sin autem, damnabimur. Insuper Paulus prohibet 1. Cor. quinto, cum fornicarijs & alijs, qui

qui publicis criminibus fœdati sunt, suscipere cibū multo minùs Ecclesia debet admittere criminosos publicos ad communionem, ne in corpus & sanguinem Christi delinquatur. Etiam vt non communicemus cum illis, qui specialem sibi sectam delegerūt, & non concordant cum Catholica fide & doctrina, ne participes fiamus odij eorum & dissidiorum, & approbemus illorum errores, quos habent de venerabili Sacramento, vbi aliqui credunt solum panem, aliqui Christum esse, sed sine diuinitate. Solum ergo ille dignè communicat, qui primò dolet de peccatis suis & pœnitet, & intendit emendare vitam. Secundò, qui credit Christum pro se mortuum & passum, Roman. 4. Tertio, qui in vnitatem & concordiam proximi communicat, & est sine secta. De illis tribus si vnum defuerit, non dignè communicamus: idè iuberet Apostolus 1. Corinthiorum 11. vt homo seipsum probet, & sic de pane illo & calice &c. ne quis indignè communicans. Primò peccet in corpus & sanguinem Christi: Secundò, ne manducet sibi ipsi iudicium & mortem, &cæt. Nam habere Sacramentum ad pœnam, & non ad fructum, plus damnationis habet, 2. Pet. 2. Melius foret &c.

Indignè communicans, Primò peccat in corpus: Secundò, temporalem pœnam incurrit, sic dormiunt multi. Tertio, iudicium, id est, damnationem æternam, 1. Corint. 11.

*MISSA QUID SIT.*

## TITVLVS CV.

Ria sunt notanda. Primò, quid sit Missa: Secundo, cur instituta: Tertio, qui sint fructus Missæ. Primò, Missa est opus in quo iuxta mandatū Christi vinum & panis consecratur in corpus & sanguinē eius, & communicatur in memoriam passionis Christi, pro-